 dicitur in aristotele. Oculi vero glauci e contrario  
 de die debilis est, de nocte vero fortis, quae  
 cum materia glaucitatis ex se sit lucida  
 adiuncta luci diurne multum disgregat,  
 et ideo in actu videndi manente luce spi-  
 ritus visibilis debilitatur, de nocte vero  
 spiritus visibilis in oculo coadunato, claritate  
 intra humorem paucum contenta, non dum  
 recedente permanet in oculo potentia vi-  
 tendi et inter obscura aliquoties iudican-  
 di, ut patet in murilegis. Item consideratur  
 per partem circumstantium dispositionem sicut  
 ex ciliis et supraliis, quae si fuerint cilia cor-  
 optoria inter carnosam et huiusmodi superfluo re-  
 pleta visum impediunt, quae huiusmodi cilia ae-  
 rem grossum propter puritatem sui motus  
 non intercedunt. Dicitur etiam in li. i. Si la-  
 crimalis quod sequitur ad angulum oculi fuerit  
 multum carnositas sic accidit oculis  
 milui signat astutiam et formatio mala.  
 Alias proprietates oculi quae supra in  
 tractatu de sensu visus. Et haec de oculi  
 compositione et effectibus dicta sufficiunt.

## Capitulum VII.

**D**e pupilla.  
 Pupilla secundum philosophum, li. xij. c. ij. est me-  
 dius punctus oculi ubi est visus  
 videndi in quo quae per ymagines videtur  
 pupilla appellatur, pupilli eius pupilli ap-  
 pellantur. Vocatur autem pupilla eo quod pup-  
 ra sit et impolluta ut puella. Dicunt autem  
 philosophi eadem pupillas quibus videmus in oculis  
 per triduum monturos non habere quibus non visus  
 certa de spatio est. Habet autem circa se quon-  
 dam circum qui coram nastris quo discernen-  
 te per nigredinem albe partes oculi, a pupilla  
 separentur. Haec corona rotunditate sui  
 ornat ambitum pupille et in ipsa consistit  
 maxima oculi pulcritudo, huiusmodi yfido.

# Libert Quintus

Sicut autem dicit haly. pupilla est in qua formatur imagies eorum que videntur in oculo. Omnia autem que sunt in oculo ex tunicis et humoribus aut sunt iuuantia pupillam aut ei sunt inuentia. et ideo sedet in medio omnium ut regina. Parua siquidem est pupilla in quantitate. maria tamen est inter omnia membra in virtute et ideo maxima. sicut et minima apprehendit interius a spiritu de cerebro veniente exterius vero a lumine immutatur. Tamen median te luce rei obiecte spiritum in se recipit et receptam ante iudicio transmittit. Nam a singulis partibus rei visae possunt linee que faciunt pyramidem. cuius conus est in pupilla et basis in re visa sicut supra de visu est ostensum. quere ibi. Nec pupilla omnium colorum figurarum rebus superficie exprimentium est distincta et diiudicata. In medijs coloribus et figuris siue formis telecratur. Corripitur autem in extremis aut saltem propter disconuenientiam contrahitur ut dicit philosophus. Item omnia que extra ipsam si bi sunt obiecta videt et diiudicat. se ipsam autem nunquam videt per lineas rectas super quas venit spiritus rei visae ad visum. Sed quoniam se videt. hoc accidit per radiorum reflexionem. scilicet quoniam primo multiplicatur spiritus rei a se visae ad speculum et a speculo fit reflexio ad visum. sicut dicit autor perspective. Et ideo forsitan spiritus visibilis in aspectu speculi reflectatur. quod per radiorum reflexionem quoniam in se reuersus fortificatur et quodammodo rotatur. Item pupilla omnia sub angulo apprehendit. quod siue radij a pupilla exeant ad rem visam siue a re visa ad pupillam redeant spiritus in pupille medio siue centro tantum in cono angulante vnuntur. Nam angulus duarum linearum alterius est tractus et ideo quod omnes linee per quas formatur visus vnuntur. et quasi angulatur in pupille cono. et ideo bene et proprie dicitur a philosopho quod oculus omnia videt sub angulo. Item inter omnes partes corporis est maxime sensibilis. et propter nobilitatem siue complexionis maxime est passibilis. At ideo citissime leditur. sed diffucilime reparatur. Et ideo dedit ei natura defendendi tunicas et cooptoria. ut sic resistat facilius causis interiorem vel exterius inferentibus lesionem. De his autem oculi et pupille passionibus quere infra in tra-

cratu speciali libro. vi.

## Capitulum. VIII

De cilijs.

**C**ilia sunt oculorum tegmina a celo quando sic dicta eo quod oculos tegant et celem tuta custodia. ut dicit ysidorus. li. xi. c. ij. Sunt autem cilia in substantia nervosa et tenui propter facilitatem motus. quod suo motu continuo aerem intercident. et sic a lesione aeris exteriori custodiunt oculos et defendunt. Nec cilia palpebre dicuntur. quod palpitatio spiritus mouetur. affertur enim ad inuicem concurrunt ut assiduo motu reficiant obtutu. ut dicit ysidorus. et ysidorus. sunt minute palpebre villis pilorum ut aptis oculi si quod incidit vel etiam occurrerit repellatur et inuolutis ipsis securius et detius toruiatur. Item ut aerem mediocriter intercidento mitificet et sic visum serenum custodiant et conseruent hucusque ysidorus. c. ij. supradicto. Symptomaticum autem palpebre habent pilos non omnino rectos. sed in extremitatibus medio criter reflexos. et hoc adinuenit natura ut abili se claudant et fortius si quod impedimentum occurreret ei efficaciter obuiarent. Item hec cilia in crescendo determiatam habent quantitatem a natura. et ideo eorum piluli non se extendunt nec cresunt ut capilli sed determiatam proportionem habent. Et ideo sunt constant. palpebre non sunt molles nec porrose. sed potius dure ut piluli crescentes sunt duri et reflexi. et non nimis in crescendo se extendant sicut herba crescens in terra dura modica fit et erecta et non illa que in terra molli. Has palpebras et cilia fecit natura ut essent corpori ornamenta et oculis iuuantia. Tamen dicitur ysidorus. li. xij. quod oculus animal generans solum habet pilos in palpebris et omne animal quadrupes claudit oculum per palpebram superiorem. Huius autem habet loco palpebre quoddam cooptorium ad custodiam sensus visus et claudit oculum per telam quadam appropriatam extremitatibus oculorum. et quia natura oculi est aquea et humida. ideo indiget tali custodia. Item omne animal claudit oculum palpebra inferiori. Item omne animal carens palpebris est

debilis visus. vt patet in piscibus/lepo-  
ribus et hmoi. vt dicit Aresto. li. iij. c.

## Capitulum. IX

De superciliorum proprietatibus.

**S**upercilia sunt dicta eo quod alij  
sunt supra posita que iō piloz  
multitudine sunt vestita vt sint oculis in-  
uamta ad repellendū hūorem vel sudorē  
de capite influentē. Inter alia xō est il-  
lud mediū spaciū qd est inter supercilia  
sine pilis. vt di. yfido. li. xi. Sunt autē sup-  
ercilia aliorū inuamta sū cōstan. ne qd  
nocuum extrinsecus adueniat phibētia  
sunt et honestātia qz nullus sine eoz pñ-  
tia decoratur. Vnt autē supercilia quadā  
vim latēre passionū aie indicatiuā sū  
aresto. qz cum fuerint supercilia recta sic  
linee p̄tendūt femineā molliē vel aie  
leuitatez. Itē supercilia remissa et nimis  
pressā vel depressā signāt inuidiū. sic dicit  
aresto. li. i. Item supercilia eleuata et pi-  
lis spissa aniositate p̄tendunt. de paupe-  
rata xō a pilis et oblonga timiditatem.  
Item si fuerint spissa et longi pili visum  
quodāmodo obūbratiua excessum caloris  
signant. Item si fuerint multe carnis et  
pauce pilositatis sensum durū signant et  
obtusum et frigiditatem in mēbris p̄-  
cipalibus dñantem. Item si fuerint pilis  
spoliata aut interiorē signāt sanguinis  
corruptionē. vt patet in leprosis aut na-  
turalis hūoris cōsumptōz. vt in ethicis  
et similib. aut meatuū et viarū humorū  
opilatōem vt patet in castrat. Et dicitur  
crescere circa senectutē intm qz visū im-  
pediūt nisi rescindātur. vt di. arest. li. iij.  
Item dic idē li. iij. in frequentantibz coi-  
tum nimis cadunt pili superciliorū vel al-  
bescunt. qd quidē accidit p̄ humiditatis  
cōsumptōem et p̄ defectum virtutis  
et p̄tē frigiditatis cerebri augmētō-  
nem. nā nimia siccitas caluiciem gene-  
rat. sup̄ abundās xō frigiditas canicie  
introducūt sicut supra dictum est.

## Capitulum. X

De fronte

**F**rons ab oculorū foraminibz est  
noiata vt di. yfido. Dec ei quan-

dam animi imaginatōem et iudiciū mē-  
tis sua specie exprimit dū leta vel tristis  
est. Scdm autē virtutes essentialē frōs est  
vt di. cōstan. os semicirculare nec mul-  
tū durū nec multū molle/qd iō fuit nec  
cessariū vt esset t̄pamentū ne lederetur  
vicinitas oculorū. pelle autē extrinseca tu-  
ta est ad sui d̄fensōem ad aliorū orgāoz  
sensibiliū p̄tinuatōem. et ad totū capiti  
decoratōem. Totū enī aialis virtuositas  
potissime in frōte lucet. Frons ei vt dic-  
phus sedes est vere cūdie et honoris. et  
hoc qdem est p̄tē vicinitatē imaginatiē  
virtutis. cui virtute tristitia vel leta decētia  
vel indecentia rōnis iudicio subito de-  
ferunt vbi vtiqz discernūtur. Frons itaqz  
qd oim neruoz a cerebro descēdētium ad  
sensum p̄ficiendū quodāmodo turris est  
et defensaculū. infra cuius p̄cauitatē descē-  
dūt nerui ad oia instrumta sensuū infe-  
riorū quo misterio de oibz obiectis sen-  
suū apud rōnis domiciliū fit iudiciū  
Vnt sū Greg. Frons ē dignissima ps ca-  
pitis exterioris vbi imprimis caracteris  
signū. s. signū iusticie et salutis vt signa-  
culum crucis qd quondā erat supplicii  
mō locum habet in frontibz impatorū.  
Frons igitur bñ disposita oia p̄dicta ma-  
nifestat. s. si fuerit a mediocritate vege-  
nerās alia sū p̄b̄m p̄noſticit et figurat  
Dicit ei arest. li. i. qñ frons fuerit ma-  
gna designat ponderositatē et dinantem  
ad stulticiā. et qñ fit intē mediocritatem  
pua signat bonitatem virtutis. Sed qñ ni-  
mis eleuatur et qñ in sup̄ficie rotunda  
tur excessum signat colere et tales sepe  
dispositi sunt ad colericas passōes. sic  
ad frenesim et furorem Frons autē resp̄cū  
aliorū membrorū faciei modice est carno-  
sitas et pinguedis. cui cā est sū Pa-  
ly et Arest. qz carnositas et pinguedis  
sup̄fluitas impedit intellectū. Et iō nimia  
carnositas in fronte cum qdā relucētia  
et extensōe cutis signum est corruptio-  
nis. vt patet s in leprosis. Item nimia  
frontis attenuatio et sup̄ficialis pellis  
corrugatio interiorē designat cerebri  
defectum et humoris substantialis fina-  
lem cōsumptōem. vt patet in antiqz  
senio vel morbo longissimo t̄pē manit.

# Liber Quintus

## Capitulum. XI.

De tympanibus.

**T**ympanus vel tympana dicunt illa capituli membra ad dexteram sinistramque capitis adiacentia que sic dicuntur. quia sui mobilitate continua que intervallis temporum immutatur. ut dicit Aristoteles. li. xi. c. ij. Sunt autem tympana secundum Constantinum ossa utrimque posita. in lateribus oculorum constituta. que quidem aliquantulum sunt mollia et nervosa. et sic sunt necessaria propter sensum et motum oculorum perficiendum. Nam per tympana ad instrumenta sensuum mediantibus nervis spiritus animalis deferretur. et per eadem secundum anatomiam spiritus vitalis per quas arterias a corde ad cerebrum remanent. Quia propter nervorum sensibilibus et propter arteriarum venarumque pulsationem in loco tympanorum colligata. tympana sunt passibilia et facilliora ad lesionem. unde animal percussum in loco tympanorum de facili moritur quia sic dicit Arestus. li. xix. percussio que cadit super ossa tympanorum mortalis est. quia si in eis contingit vulnus aial piclatur. Et sic accidit quia humor que est in tympanibus cito exit propter tenuitatem ossium. et tympana citius canescunt propter huiusmodi paucitatem et siccitatem in eis dominantem. et propter convertibilitatem ad naturam frigiditatis. Item tympana inter villosa sunt aliquantulum. unde huiusmodi a cerebro venientem recipiunt et somnum oculis inducunt. Et si illi villi fuerint compressi per eliquationem contenti humoris oculos lacrimare faciunt.

## Capitulum. XII.

De auribus.

**A**uris est instrumentum auditus. et dicitur auris a voce hauriedis aut quia greci ipsam vocem audensidem vocant. unde dicitur aures quasi aures. vox enim repulsa per eam amfractus sonum facit. quo sensum excipiunt auditendi. Summa auris plicula dicitur pinula. Pinula enim antiqui acutum vocant. Dec quoque dicitur. Est autem auris proprie quedam substantia cartilaginea que duabus causis fuit necessaria. defendit enim ne quid no-

cium in auditum cadat sicut oculos defendunt cilia. preterea auditum adiuvant. Nam vox percussa aeris cum venerit ad cartilagineam sibi fortiter coadunat. unde intrat foramina que sunt auditus propria instrumenta. Sunt autem hec foramina in petroso osse constituta in quibus nervi descendentes a cerebro sunt infixi. sensum et motum auribus referentes et immutationem vocis a foraminibus receptam iudicio anime deferentes. et sunt hec foramina sicut torcular transversa. et hoc ne frigidus aether nimis cito intret. et interiores panniculos siue nervos ledat. et ne aliquid nociuum incidat quod auditum impediat instrumentum. ut dicitur in pantegni. li. iij. ca. xv. patitur auris multiplex. quia aliquando ex apostemate iuve existente vni et sanies egreditur ab aure. Item ex vermibus foramen ab extrinseco intratum vel ex putridis humoribus intus secus nascentibus quorum signum est pruritus intra auriculas et titillatio et sentitur eorum motio. Item ex superflua carne atque verruca patitur auricula quasi mali huiusmodi res in ea adunantur. Item patitur ex mala dispositione nervi aurei ingredientis. sicut patitur in sonitu et tinnitu. et huiusmodi que contingunt ex ventositate in panniculis cerebri se claudente in parte nervi auricularis. Item patitur ex grossis humoribus illic se moventibus. et tunc sentitur gravitas capitis cum sonitu et tinnitu. Item deficit auditus ex defectu virtutis audibilis vel ex contractione nervi sensibilis sicut in senibus contingere consuevit. Item aliquando fit surditas cum puer preceatur in utero quam natura negligit instrumentum auditus perficere. et hoc est propter sui defectum vel propter materiam quam invenit sibi natura inobedientem. Item patitur ex acuta egritudine cum colerici humores ad cerebrum ascendentes auditum impediunt. hoc adiuvant si per digestionem colera purgetur. Unde dicitur in amphoribus. Surdis si solutio colerica supervenerit surditatem tollit. hucusque constat. Item dicitur arestus. li. xij. instrumentum auditus plenus est spiritu naturali. quia sic spiritus naturalis facit in venis motum pulsatilem. sic in aure facit virtutem auditus. et propter hoc addiscuntur res per sensum auditus.

Et dicitur ibi q̄ creatio aurium fuit manifesta tela et continens fuit tenuis, et hoc propter subtilitatem auditus ipsius. Debilitat autem auditus in tympano humide complexionis, et precipue in frequenter coeuntibus. Et propter perturbationem spirituum qui perficiunt auditum. Nam ut dicit idem Arest. frequens nimis coitus corpori et cordi nocet. idem dicit hali. Item secundum Arest. li. xij. in rationa animalium aures ponuntur naturaliter in medio capitis rotundi. quia auris si in una parte recte sed potius vndeque vocis et sonorum differentias comprehendit. In animalibus vero quadrupedibus qui caput habent inclinatum ad terram et non sunt eleuati, corporis sunt aures in superiori parte capitis. ut patet in bobus asinis et equis. et motus auricularum hominum animalium sunt multi propter eleuationes sui loci. et quia multum mouetur in partes diuersas. recipiunt sonum repercussione multa. Item idem Aresto. ibidem nullum animal ouas habet auriculas expressas. nihilominus tamen habent talia animalia quaedam vias occultas. et etiam volatilia carent auribus exterioribus. habent tamen foramen medium et viam aptam per quam auditus perfectissime celebrat. Item homo inter omnia animalia habet aures minus mobiles et etiam secundum dimensionem situs breuiores. sed ad audiendum maxime sunt efficaces ut dicitur li. i. et b. et propter tonitruum complexionis. Vbi quoniam nimis est excessus in auribus hominis in magnitudine alijs signis concurrentibus signum est stoliditatis et tarditatis intellectus ut dicit aristoteles.

### Capitulum. XIII

De naso.

**N**asus est instrumentum olfactus secundum philosophorum a naribus autem dicitur nasus. Nares autem ita sic vocatur. quia per eas odorifera et spiritualia quasi odoramus et interfectum et odoriferum discernamus. vnde quia odorifera nobis per eas manant. nares dicuntur sicut per foramen in scij et rudes ac in experti ignari. quasi sine nare dicti. Nasus autem duo habet foramina secundum Aristoteli. que per quandam substantiam cartilaginofam ad invicem sunt distincta. Et horum foraminum vnum ad concavitatem palati tendit.

alterum superius ad pelliculas cerebri vadit ut aere attrahat cerebro et referat ipsis naribus spiritum anialem et ad sensum odoratus perficiendum adducat. primum foramen fuit necessarium ad eiciendas superfluitates a cerebro venientes aliud ad spiritum attrahendum et odoratum perficiendum. Sunt tamen propria instrumenta odoratus due caruncule que dependunt a naribus per modum mamillarum. que primo aerem attractum in se recipiunt. Deinde ad interiorum partem cerebri transmittunt. Istis autem carunculis subseruiunt nares exteriores aerem. scilicet attrahendo et intra se includendo et subtilizando. ut tanto facilius et perfectius immutetur in organo odoratus. Huiusmodi et a cerebro veniens illa duo vltra nasi subintrat et eis animalis spiritum administrat. ut dicit Constantinus. Fumus igitur mediante aere per nasum attractus spiritum animalis se associat. qui immutatus illam immutationem in cerebro anime iudicio repentat. Nasus igitur secundum Constantinum fuit necessarius ad aerem temperate attrahendum ad cerebrum per sua emfictoria expurgandum. ad calorem in natum in ventriculis cerebri temperandum. necnon ad discernendum fumum a quacunque substantia resolutum redolentem suauiter aut fetentem. Et ita secundum aristotelem li. xij. sensus olfactus est diuinus sicut sensus auditus. et si ita non esset non faceret opus proportionatum et sensus olfactus non esset nisi propter attractionem aeris in animalia habente nasum. Et b. membris scilicet nasus in medio est. scilicet anteriori parte capitis. Et propter hoc posuit natura nasum in medio trium instrumentorum sensibilium quasi trutinam positam propter motum anhelitum alijs sensibus necessarium. Recollige igitur breuiter ex predictis quod nasus est membrum siue organum officiale aeris attractiuum et misissuum inter odores discretiuum. grossas superfluitatum cerebri purgatiuum spirituum animalium misstratiuum per attractionem aeris pulmonis dilatatiuum et restrictiuum. Et ideo secundum Aristoteli. nares posite sunt ex transuerso et non ex opposito pulmone. ut si frigidus aer quicquid subeat pulmonem subito non ledat si quid cum aere sic puluis vel quodcumque aliud.

# Liber Quintus

intrauerit pulmoni? obesse non possit.  
Est etiā natus ut dicit **Brege**, sup can-  
tica faciei maximū ornamentū, itaque  
carētia tota facies residua reponētat.  
**Delet** autē dispositio nasi esse mediocri-  
ita q̄ in longitudine, latitudine, altitu-  
dine modū debitum nō excedat. Nam  
si nares fuerint nimis tenues vel late  
m̄tri aeris attractione ferocitate aie p̄-  
tēdūt et mētē indignatē. Et dispositōibz  
em̄ mēbroz corpis sumunt p̄nostica iū-  
dicia re affectōibus mentis, sicut dicit in  
principio p̄bisonomie. Nam accidentia  
mentis sepe imutātur fm̄ accidētia cor-  
poris sicut vinū albū ex vitro rubeo/q̄n  
infunditur, colorē strahit et ruborē. Et  
iō mediocritas dispositōis mediocrita-  
tem designat bonitatis, sicut dicit p̄bus  
in libro suo in principio. Impeditur at-  
natus in suo effectu, sicut dicit **Balieu** su-  
per p̄nostica ibi. Nares acuti oculi cō-  
caui rē p̄pter vehementiā caloris hūidi-  
tatem p̄sumendū, vñ r̄acūur nares r̄ p̄-  
fundātur oculi i acutis, r̄ est signū mor-  
tis, et accidit idē naribz sicut dicit **Ba-  
lien** q̄n calor naturalis est debilis q̄ nō  
potest se expandere ad extrema, r̄ iō p̄se-  
quitur q̄ spūs r̄ sanguis non p̄currunt  
ad extrema. Et iō p̄op̄ frigiditatem  
mortificante p̄stringuntur mēbra r̄ cor  
alteratur r̄ accidit acumen nariū, qd̄ ē  
signum pessimū r̄ mortiferū in patiētibz  
acutam. Item impeditur natus, ut dicit  
**Constan**, li. ix. c. xv. aliq̄n ex mala cere-  
bri dispositione, aliq̄n ex nervi odorabi-  
lis opilatōe, aliq̄ndo ex humorū fetido-  
rum r̄ corruptoz in carunculis narium  
repletōe, q̄nq̄ ex carnis sup̄sue corru-  
pte in foraminibz nasi generatōe, ut p̄z  
in poliposis r̄ leprosis, r̄ hec lesio non so-  
lum ledit olfactū, verum etiā facit mino-  
ratiōem vocis. Aliq̄n patitur ex nimio  
fluxu humoris in ventriculis cerebri ve-  
fluentis, r̄ hoc vel ex caloris dissolutōe  
vel ex frigiditatis nimia constrictione  
sicut p̄z sepi? in catarro. Aliquando ex  
nimia repletione r̄ acumine sanguinis  
ora renaz nasi apientis, vnde de nari-  
bus fluit sanguis, tñ flux? maxime per  
nares in mulcis egritudibus causa est

dissolutōis morbi r̄ certum indicium cō-  
ualecentie r̄ salutis, ut patet in acutis  
febris q̄ p̄ fluxum sanguis narium se-  
pius terminantur. Et in amplioribz dicit  
**Balieu** deficientibz mēstruis sangui-  
nem ex naribz fluere est bonum.

## Capitulū. XIII.

De genis.

**O**ene sunt inferiores oculorum  
ptes vñ barbe inchoātur, ut di-  
cit **Philid**, li. xi. c. ij. Genos em̄ grece bar-  
ba dicitur, eodem em̄ ptes dicitur maxille  
que p̄ diminutōem a malis sunt dicte  
**Malie** autē sic eminentes dicuntur oculi  
li ptes ad eoz p̄tectiōem suppositę, vo-  
cate aut sunt male siue qz i r̄orunditate  
p̄minent infra oculos quā greci mala  
appellant, siue qz sunt supra maxillas  
vñ r̄ a malis diminutue dicuntur max-  
ille sicut a palo parillus, ut dicit **Philid**.  
Sunt aut maxille siue gene fm̄ **Costa**,  
ex nervis et ossibz interi? cōpōsite r̄ har-  
ossa craneo cerebri sunt cōiuncta. Que  
ideo de varijs r̄ multz frustulis compōsi-  
ta sunt, ne alia lederentur si vnū aliqd̄  
pateretur. Exteri? aut sunt calide r̄ car-  
nose ut frigiditatem ossium r̄ cartilagi-  
num aurium r̄ narium temperaret ut or-  
ganis sensibilibz sibi vñ dicitur adiacētibz  
suo calore fomentū administraret. Et  
ideo maxille oculis supponitur ad eoz  
p̄tectiōem. In medio sensuū sunt posi-  
te, p̄pter nutriti administratōem, cali-  
de sunt r̄ neruose propter frigiditatis in-  
strumentoz sensuum mitigatiōem.  
Lanide sunt et rubicunde propter or-  
naturū faciei et vultus cōpōsitionem.  
**Maxima** enim pulcritudo hominis ve-  
sultat i genis r̄ maxillis, maxime sicut  
dicit **Constantin**? maxille potissime ho-  
minis ostendūt completiōes, que si fue-  
erint multū rubicunde mixte cū tempe-  
rata albedine et in substātia non nimis  
crasse, sed mediocriter carnose, calidas  
et humidā pretendunt completiōem  
et ipsius temperamētum. Si vero fue-  
rint in colore albide sine alicui? rubedi-  
nis admixtiōe r̄ i substātia p̄igues mol-  
les r̄ fluide frigiditate r̄ hūiditate nō dūt



excessum. si vero fusce in colore aut citri-  
ne. in substantia aut tenues et macilente  
dominū designant siccitatis nimie et ca-  
loris ut patet in colericis. Si vero fuerint  
quasi limide in colore et in substantia a cat-  
nibus de paupate excessum signant frigiditatis  
et siccitatis sicut in melancholicis vide-  
ri potest. nec solum declarant complexionum  
diuersitatem. verum etiam animi et affectuum  
notificat qualitatem. Nam secundum animi affectio-  
nes ex subito timore vel gaudio palles-  
cunt vel rubescunt subito. ut dicit Con-  
stantinus.

## Capitulum. xv.

De barba.

**B**arba ut dicit Constantinus fa-  
ciei viri est ornamentum. vnde ap-  
parens et cooperiens maxillas  
in vna parte est ad ornamentum. in alia  
ad maxillam adiutorium siue famulatum.  
Nam sua villositate nervos maxillares  
tuetur a nimia aeris frigiditate. et ideo  
maxillam est necessarium tegmentum.  
Barba vigoris et caloris naturalis est  
indiciū. Et hoc est causa quare vir et non  
mulier barbescit quia masculi feminis  
naturaliter sunt calidiores. et ideo in ma-  
ribus sumus qui pilorum est materia magis  
augmetatur. que quia natura non suffi-  
ciebat consumere expulit per duo loca  
scilicet per caput et per barbam. vnde ac-  
cidit aliquando in mulieribus calide et hu-  
mide complexionis que videntur barbesce-  
re. Et e contrario fit in masculis frigidis  
et siccis que barbescunt parum. Unde et in  
eunuchis non crescit barba. quia perdide-  
runt illa membra calidiora que calidis  
humoris et summi qui pilorum est materia  
sunt generatiua. Et quo patet que bar-  
be spissitudo caloris et humoris substan-  
tialis ac vigoris est indicium et differen-  
tie sexuum certum experimentum. Item in  
pueris non crescit barba quous paruuli  
calidi sunt et humidus. quia fumosa superfluitas  
que pilorum et capillorum est materia. tran-  
sit in augmentum et nutrimentum puerorum.  
Vnde etiam constat. secundum vero Aretio. li-  
bro. xix. pili barbe sicut et capilli in sua  
dispositione representant qualitates vapo-

ris ex quo generantur. quoniam si fuerit hu-  
mor calidus fumosus et siccus. erunt pili  
barbe sicut capilli crispi reflexi et inuo-  
luti. Et hoc accidit quod per duas vias va-  
dunt contrarias. quia pars terrestris moue-  
tur ad partes inferiores. et calor mouetur  
ad partes superiores. et sic inuoluntur pi-  
li. et erunt pili crispi propter debilitatem suam.  
Et hoc accidit propter paucitatem humidi-  
tatis et multitudinem partis terrestris.  
Vnde ex intenso calore corrugantur et in-  
uoluntur. Si vero fuerit vapor multum  
humidus. erunt pili lenes et longi. Nam  
humor decurrit lubricando donec per-  
ueniat ad pilos. et propter hoc pili et bar-  
be eorum qui morantur in tracia sunt lenes.  
Nam eorum complexio est humidus. et aer  
continens eos est humidus. E contrario  
accidit in hominibus cerebri siccis humidus et  
bitantibus in regionibus calidis propter siccitatem  
aeris continentis. Item alteratur  
color pilorum barbe secundum etatis varietates.  
et ideo canescit barba. in senectute propter  
debilitatem caloris et abundantiam frigidita-  
tis. Desiunt autem quous pili barbe pro-  
pter calorem et humoris interceptionem ut  
in castratis. quandoque ex corruptione humo-  
ris. ut patet in leprosis. Nam sicut dicit  
idem Aretio. Casus pilorum similis est  
foliorum arborum. et causa istius est dimi-  
nutio humoris calidi et pinguis. Et ideo  
non fluit folia arborum in quibus est humor  
pinguis. Vnde etiam Aretio. libro. xix.

## Capitulum. xvi.

De mandibulis.

**M**andibule a manducando sunt  
dicitur dicit Isidorus libro. xi.  
Mandibularum autem quedam  
est superior in qua dentes superiores infi-  
gunt. quedam inferior in qua dentes infe-  
riores radicanter. Et est proprium man-  
dibule superioris quod in omni animali fixa  
est et immobilis excepto centeaculo. id  
est cocodrillo qui mouet mandibulam su-  
periore contra naturam omnium animalium  
et fixam et immobilis tenet inferiorem  
ut dicit Aretio. libro. iij. Sunt autem  
mandibule ex diuersis et duris ossibus com-  
posite. neruis et lacertis varijs connexe

# Liber Quintus

At hoc fuit necessarium propter motus con-  
tinuitatem et aptitudinem clausuræ necessaria  
tēre dicit Constan. Sūt enī quasi due  
mole cōtinue ad cōterendū et molendū  
cibū se mouētes. vñ toti corpi nutrimē-  
tum mādibule subministrant. **M**andibule  
autē quibusdā pticulis carnosīs et  
neruosis q̄ gingiue dicitur circūdantur  
vndiq̄ et velātur et hoc propter fortiorē  
tentū in maxillarū fundamētis radica-  
tionem. et propter nutrimēti neruis tentū  
um admistationē et frigiditatis tentū  
moderatōes. **E**t dicitur gingiue vt di-  
cit **I**hido. a tentū gignēdis. quia in eis  
tentū gignitur et nutriuntur. **F**acte enī  
sunt ad decore tentū pariter et necessi-  
tatē ne nudi horrore potius existerēt q̄  
decori pelliculis labioꝝ circūdanf. quod  
fecit natura vt tā tentes q̄ maxillas si  
solū intrinsecus iuuarent. vñ a lesione  
extrinseca defensarent. cōtingit gingi-  
uas corrsipi in animalib⁹ aliquando ex  
negligētia et quādoq̄ ex putridis humo-  
rib⁹ infici et corrsipi et tūc diuersas infel-  
runt molestias et passiones. vt fetorem  
tentū casum vel relaxatōem.

## Capitulū. xvii.

**D**e labijs.

**L**abia s̄m **I**h. a latendo sunt di-  
cta. q̄ autē supius est labium  
dicit quod vno inferius est la-  
brum n̄icu patur. **S**unt autē labia ne-  
cessaria s̄m Constan. qz tentes munifit  
atq̄ teglit. **S**unt etiā neruosa et ex di-  
uersis lacertis cōposita vt sic ad sensum  
et motū essent abilioza. **N**ā ad vocis  
formatōes necessario se apiunt vel clau-  
dunt. qz illis abscis vel p̄ aliquā opū  
latōem vel cōtradictōes aliā impeditis.  
verba p̄fecte nō possunt formari. **I**tem  
labia mollia sunt et carnosā et hoc propter  
duricie tentū temperamentū fuit neces-  
sariū. **D**entes igit et eorū nerui cū ex  
natura sint frigidī nimis lederētur aē-  
ri frigido expōiti si nō labioꝝ tegmine  
tuerētur **I**tem labioꝝ extrema sunt ru-  
bicūda. quod accidit s̄m Constan. pro-  
pter cutis labioꝝ subtilitatē que de faci-  
li a colore sanguineo recipit quodāmo

do roseam q̄litate. vnde rubeo labioꝝ  
signū est puritatis cōplexionalis et im-  
punctionis turbati sanguinis et interi-  
oꝝ virtutis sicut ecōuerso labioꝝ li-  
uiditas signū est defectōis virtutis et ca-  
loris naturalis **I**tem labia tenuia sunt in  
substantia et subtilia vt sint flexibilia  
ad motū et abilioza ad aerē immitrēdū  
et intercidendū ne subito attractus inte-  
riorib⁹ sua frigiditate inferat lesiones  
et ideo labia aeri frigido se opponit et  
ipm recipiendo tepuratū reddūt vt sua  
uius et vtilius ad interiora attrahat hec  
omīa s̄m Constan. **C**ōsimiles p̄rieta-  
tes narrat **A**risto. li. xij. circa finē vbi di-  
cit. **L**abia hōis mollia sunt et carnosā et  
separi p̄nt propter salutem et custodiā ten-  
tū et vt cōueniant ad exitū sermonis.  
vnde et labia duplicē habent vsū. sicut  
et lingua cui creatio est ad gustandum  
humidū et ad sermonē p̄ferendū sicut  
idē expresse dicit **A**risto. et ideo oportz qz  
labia sint humida. qz si creatio lingue n̄  
esset talis dispositōis ad labia nō posset  
lingua p̄tingere ad dicēdos mltos mo-  
dos literaz quoniā quedā ex eis dicit  
per p̄cussione lingue et etiā quedā p̄ con-  
iunctōem labioꝝ. et ideo necessaria fuit  
labioꝝ creatio vt optima esset nature  
opatio. et propter hoc fuit caro hōis val-  
de mollis quoniā homo est boni sensus  
tactus scz et gustus magis q̄ alia a alia  
hec omīa **A**risto. li. xij. **R**ecollige igit  
qz labia sunt tegmina tentū custoditi-  
ua. mollicie sua duricie tentū tempa-  
tiua. vocis articulate et literalis forma-  
tiua. aeris frigidī vel calidi intercepti-  
ua. sua rubicūditate vel liuiditate defec-  
tus vel vigoris designatiua. virtutis in-  
terptatiue. p̄pria organa passionū aime  
scz odij et amicie doloris vel tristicie ec-  
pressiua. vñ d̄ qz tremor labioꝝ in fre-  
nesi et acutis morbis mortē prendit vt  
d̄ in p̄nosticis **E**t hec de labijs sufficiat

## Capitulū. xviii.

**D**e mento.

**M**entū est dictum q̄si mandibu-  
larū fundamentū eo qz inde ori-  
antur. vt di. **I**h. **D**enti autem

vt dicit **Constan.** duo sunt ossa et ipsa iuncta sunt in medio vbi dentes subtiliores firmantur quadrupli atq; pares. **Hor** ossium extremitas duas h3 furclas vna est acuta cuius acumē quoddā ligamen inserit qd ligamē a latere temporū ptendit p quod etiā 7 bucca clauditur et apitur. **Altera** v0 furcula grossa ē et rotunda cui rotunditate mentū fit mobile vt dicit **Constā.** qz hoc membrū fuit necessariū ppter originē mandibular et dentū inferiorū radicatōem 7 ppter volūtariā aeris clausurā 7 aptōnē. fuit etiā cōueniens ppter faciei cōplexionē 7 pfectā ipsi vultus cōsummatōez qd si fuerit p ortionatū fronti rotam honestat facie 7 decorat hęc omnia dicit **Constan.** In mento autē anialis maxima est fortitudo pprop ossis duriciē 7 nervoz cōpagnatōem. 7 propter fortē dentū radicatōem. 7 id bruta anialia se tangi p mentū de facili nō pmittunt. nā mento cōtracto tota eoz ferocitas qsi armis p ditis enervat. vt pt. i. **Regū.** xvij. vbi dicit **Confrigit** dauid mentū vni 7 eruit ouem de ore ei. 7c. **Homis** vero mentū ptractari amoris et fidei indicium est. ij. **Regum.** xvi. **Tenuit** ioab mentū amase quasi teosculans eum. 7c.

## Capitulum. XIX.

**De ore.**

**O** est dictū ex eo qd p ipm quasi p ostium alios immittim⁹ et sputū foris eijam⁹ vel eo quasi de ostio sermones egrediuntur. vt dicit **Isi.** **O**s etiā. vt dicit idē anime nescius est qz illud ore exprimimus qd prius in mēte cōcepimus. **Est** autē os vt di. **Grego.** multis circūseptū custodijs scz dentib⁹ 7 labijs vt tot intermedijs mēs prius discernat qz proferat siue dicat vt prius verbū trāseat p līnā qz p linguā. **Fuit** autē oris instrumētū necessarium fm **Constā.** propter nutrimentū susceptionē. nullū enim membrū in almali nutrit nisi prius nutrimentū in ore recipiat. **O**s ei priō cibum recipit 7 mastucando 7 immutādo aptū digestionī stomacho trāsmittit. et pprop hoc natura

fecit os humidū intrinsecus vt cibi sicctas eius humiditate facilius imutet. **Fecit** etiā os nervosum 7 mediocriter durū 7 cōcauum. **Nervosum** vt saporositas cibi facilius sentiret. durū ne cibi aspitate ledere nec nimis factū est durū. sed mediocriter ne nimia duricia sensualitas gustus impediret. **Concauū** autem et rotundū fuit intrinsec⁹ vt cib⁹ assumptus hinc inde facili⁹ moueret 7 p dentes sine impedimēto spūs trāsduceret. **Ite** necessariū est os propter aeris 7 spirit⁹ attractōem aer enī attractus p os in ipsius cōcauitate immutat tepurat 7 subtiliat 7 sic ad cordis refrigeratiōem per cannale pulmonis trāsmittit sine cui⁹ refrigerio cor pre nimij caloris incēdio vreret et destrueret. **Ite** necessariū est propter vocis informatōez. ad hoc enī est palatū oris cōcauū vt plectz lique moueret facilius 7 ad vocē formādā expeditē eleuaretur 7 teprimeret. **Ite** vtile est ad grossariū supfluitatū a cerebro et pulmone veniētū crebrā eiectōem qd p ostium oris eiectis vitalis spūs i corde 7 aialis in cerebro suas cōplent actōnes expeditius. **Ite** vtile est pprop mēbrozū nutritiū a supfluis exoneratiōnē qn ergo stomach⁹ crudis humoribus oneratur. natura p vim expulsivā operatē p oris orificiū expurgat. sicut dicit **Constā.** 7 **Gal.** sup illud ampho. in vomitib⁹ 7 purgatōib⁹ que spōte fiunt si qlia oportuit fiant conferūt 7 bñ ferūt. si v0 nō pparitū. **Patitur** autē os. vt dicit **Constan.** in viatico. qnq; ex alijs membris sibi vicinis infirmatibus. **Patitur** autē pustulas vlcera 7 hmōi ex corruptō humorib⁹ alijside ad buccā defluētibus. si rubeat ita qd nigredini attineat 7 caleat toleat aut ardeat materia sangulea est 7 colerica. si vero multū nigrescat tāto molestius est 7 timidius ne forsan ad cancrū veniat. **Accidit** autē vlcera in ore lactentiū puuloz puenientia ex acumie lactis 7 ei⁹ corruptiōe. hucusq; **Constan.** in viatico pticula secunda.

## Capitulum vice simum.

**De dentibus.**

# Libere Quintus

**D**entes fm grecos dicuntur odures quasi omnia opposita diuidentes et incidentes vt dicit *Aristo*. Et sunt dentes fm *Constan.* quedam plura in ossibus maxillarum et menti quibusdam radicibus inserti et sunt in maxillis fm *Costa*. xxxij. Sedecim enim in maxillis sunt positi quorum quatuor in anteriori parte pares vocantur et quadrupli. et hi lati sunt et acuti in alios vel precipuos a medicis nuncupantur. ad incisiones cuiuslibet cibi sunt apti et quicquid in eis accipit in ore conterit et mordet. Sunt iterum duo qui canini sunt dicti collaterales quadruples et in summitate acuti duris cibis tamen molendis apti. Et dicitur fm *Aristo*. canini. quia ad similitudinem caninorum constitunt et canes per ipsos ossa rodunt. precipuos enim dentibus sunt fortiores acuti ores et rotundiores. et ideo a quibusdam collumelle vocantur et quod priores precipuere non possunt istis tanquam fortioribus ad contrahendum tradunt. Sunt et decem alij et vtraque parte superioris mandibule que collaterales quadrupli hi sunt lati atque grossi. hi molares sunt vocati et ad molendum bene sunt apti. nam que conata et contracta sunt a prioribus more mole subigunt. vt dicit *Aristo*. Sunt quidem in superiori mandibula. xvi. dentes. scilicet quatuor quadrupli atque pares et duo canini et nouem molares et totidem etiam dentes numero collocantur in inferiori mandibula seu in mento. dentes igitur quantum ad suum numerum et etiam ad officium quadrupharie diuiduntur. quidam enim sunt incisivi et hi sunt quatuor. duo superiores et duo inferiores que primo aspectu se offerunt. quidam vero sunt pares et hi sunt quatuor. duo superiores et duo inferiores que alterutrum iuxta incisivos positi mutuo se contingunt. Quidam vero dicuntur collaterales seu canini et hi quatuor scilicet duo superiores et duo inferiores se mutuo collident. quidam vero sunt molares et hi. xx. scilicet. x. superiores et totidem inferiores mutuo se tangentes et que ab alijs incipata sunt quasi mole continue coincident. Hi omnes sunt mandibulis radicati et quodammodo furcati sed diuersimode quia anteriores scilicet quadrupli et pares vnam

habent furcillam seu radicem. canini vero molares tres vel quatuor habere dicuntur. vt dicit *Constan.* Dentium quoque numerum etiam discernit quantitas sexuum. nam in viris plures. in feminis pauciores inueniuntur vt dicit *Constan.* et *Aristo*. Distinguit etiam dentes secundum processum etatis. quoniam sicut dicit *Aristo*. li. ij. quod dentes senum generaliter sunt nigri et non acuti vt patet in canibus quorum etas per dentes noscitur quia dentes iuuenum sunt albi et acuti. senum vero e contrario. Excipit tamen *Aristo*. ibidem ab hac generalitate dentes equorum quos dicit habere proprium quod precedente etate magis albescunt. dicit etiam ibidem oportet vti que scire quod animalia que sunt multorum dentium et coniunctorum sunt vite longioris que vero paucorum sunt dentium et separatorum sunt vite breuioris. Item dicit ibidem omne animal quadrupes generans animal sibi simile habet dentes. Item homo eijcit dentes in iuuetute anteriorum non molares et hoc contingit forsitan propter furcularum et radicum debilitatem. molares autem non eijcit propter eam contrariam et est generale in alijs animalibus que non eijcunt aliquem dentem priusquam alter sibi similis in loco oriatur primum. Item *Aristo*. li. xij. Omne animal carens dentibus in superiori mandibula est sicca et terrestris nature. omne animal habens dentes in vtraque mandibula est pinguedini simile. Item idem li. xiiij. Natura non facit aliquid nisi quod melius et perfectius est. et ideo necesse est vt materia pris terrestris declinet a quibusdam animalibus ad partem superiorem scilicet in dentes et culmos prominentes et in quibusdam in cornua. Et propter hoc non potest habere dentes in vtraque mandibula animal habens cornua. Item ibidem. li. xvi. Solimodo inter alia ossa crescit dentium dum remanet animal et hoc est manifestum in dentibus super extracribus et declinationibus a locis suis contingentibus seiniuicem. Et causa incrementi illorum est propter operationem eorum. Si enim non crescerent consumerentur cito et propter hoc teruntur cito dentes animalium comedentium multum et carentium dentibus magnis. Et propter hoc ingenita est natura et aggregauit

tentes ad inuicē propter senectutem ⁊  
finem. aliter si vita duraret p̄ millena-  
rium sp̄ tentes plures essent q̄ in p̄ia  
creatōne. vñ dicit idē li. ij. tentes q̄ ori-  
untur intra gingiua. nō oriuntur in vitis  
⁊ mulierib⁹ nisi post viginti annos ⁊ for-  
te in quibusdā mulierib⁹ post. lx. ⁊ origo  
eorū erit cum maximo dolore. Itē idem.  
li. xij. Dentes acuti oriuntur an̄ latos  
quonia tentib⁹ acutis indiget ad ab-  
scissionē cibi prius. qz prius est abscede-  
re q̄ molere. ideo etiā citius crescit. qz  
minores sunt / qz origo minoris rei est  
ex calore an̄ originē rei maioris. Item  
calor etiā lactis facit oriū tentes cito /  
⁊ p̄ter hoc est qz pueri lactētes lac cali-  
dus nascuntur in eis tentes cit⁹ Item  
idē etiā ibidē. Anteriores tentes nascū-  
tur in osse tenui ⁊ etiā debili propter B  
sunt velocis casus hucusqz aristote. Ad  
hec Consta. in viatico p̄tula secunda  
Dentiū magnū est iuuamentū. et cum  
iuuamēto magnū corp̄is ornāmētū ip̄  
soru inq̄ non patientiū quonia in pa-  
tientiū actio corrūpitur. Quoru pasi-  
sio diuersa est. Qui⁹ diuersitatis ps est  
visui manifestā sicut putredines fetores  
rupture. p̄tiones. motiōes casus. li-  
mositates ⁊ similia. ps vero nō aparēs  
est ⁊ occulta. sicut quādo tentes nimius  
tolent ⁊ tamē exteri⁹ sani apparēt. Cau-  
sa autē talis doloris sunt humores a ca-  
pite descendētes vel a stomacho mediā  
te sumositate ascendētes. vel humores  
acuti in gingiuis ⁊ tūc dolores nimij cū  
saltu ⁊ pulsu sentiuntur propter maliciā  
humoru ⁊ acūmē. Si vero dolor est a ca-  
pite grauitas sentit in capite ⁊ dolor in  
facie rutor ex sanguine vel colera ad ra-  
dices dentiū descendēte. Si vero fuerit  
a stomacho. dolor sentit in stomacho et  
assidua eructuatio egredietur erumpit.  
Dentes etiā aliquādo p̄forātur. aliq̄n-  
do rumpūtur. aliquādo ex vermibus in  
citrinū viridē seu nigrum colorē mutāt.  
que om̄ia ex corruptis ⁊ pessimis hūori-  
bus. ex malis cibis per neruos ad liga-  
mentū dentiū descendentiū accidere di-  
noscentur Dentes etiā aliquādo mouē-  
tur ⁊ causa motus humores sunt in ten-

tiū radicibus / qz si sint acuti necesse est  
in dētibus foramina effici ac fetores ⁊  
putredines generari. Qz si vermes fue-  
rint in causa dolor maxim⁹ gignitur. qz  
neruū sensibile corrodendo penetrant.  
Obstupescunt etiā tentes ⁊ exacerbantur  
ex hūore acido int⁹. vel extra neruos sen-  
sibiles inficiēte ⁊ tormentare vidētur ex  
causa nimis frigida sicut ex niue vel gla-  
cie neruos dentiū cōstringente. Itē den-  
tes quādoqz cadūt ex nimia humidita-  
te ligamēta dentiū relaxante quādoqz  
ex nimia siccitate. vt patz in senib⁹ quo-  
rū tentes prop̄ subtracōem humidi-  
tatis nutritibilis dilabūtur. Has ⁊ mul-  
tas alias dentiū recitat Constan. passio-  
nes. sed hec sufficiāt. Recollige igitur ex  
p̄dictis qz tentes in mādibulis tanq̄ in  
fundamētis p̄p̄is radicantur ex frigidi-  
tate domināte albiores ceteris ossibus  
efficiuntur prop̄ sui duriciē ⁊ facili nō  
ledūtur. Substātia enim dentiū est ex  
se impassibilis. cū non sit sensibilis. vt  
dicit Constan. vñ dens ruptus nulluz  
dolorē patit. Dicit tamē pati et dolere  
p̄ter neruū sensibile qui in ei⁹ radicib⁹  
sepe leditur ⁊ grauāt. Dentes enī in tel-  
secus neruis colligantur terminos car-  
nis tentes excedūt ⁊ tamē in carne ra-  
dicantur nihil intra se nec in se esse pati-  
unt. Clausi sunt labijs ne videantur In-  
decens est enī cum apparerent nisi forsan  
p̄ter risum. Itē superiores ad inferiores  
reuertūtur ⁊ sibi inuicē mutuo coaptā-  
tur ⁊ si inferiores aliquādo moueāt su-  
p̄iores tamē fixi et immobiles reperiunt  
Ordinate autē ad inuicē cōponunt. ad  
informatōem articulate vocis maxime  
coopantur toto corp̄i obsequiuntur.

## Capitulū vicesi- mū primū. De lingua.

Lingua a lingendo cibū est di-  
cta. vel qz p̄ eam articularis so-  
nus vba ligat. sicut enī plectrū  
corde. sic allidit lingua tentib⁹. vt dicit  
Aristo. Est autē lingua instrumentū gu-  
stus ⁊ locutiōis. vt dicit Consta. ⁊ com-  
ponit de substātia molli carne porosa et  
spongiola. Est autē neruosa. p̄ter sensus

# Liber Quintus

